alio loco, vel quia casu id ita factum est, vel ex pacto precedente, vt in eo distincto loco tradiceretur. Hinc sequitur, quod si locus, in quo ita erat res, & celebra ta fuit venditio, erat immunis a solutione alcaualae, alcauala non debetur, esto traditio postea fiat in loco novo immuni. Excipitur, nisi in priuilegio aliud contineatur, quo pacto l. 18. tit. 18. lib. 9. noua collectio, priuilegium coeustum incolis oppidi de Symancas, vt non solvant alcaualam, arcuatam est, dummodo res venditas ibi tradant, aliquoquin solvant ex illis alcaualam. Sic enim habent verba illius legis, que todas y qualquier personas que uedieren qualequier mercadurias y otras cosas en el dicho lugar de Symancas, y las entregaren al realmente y sin fraude, que no paguen alcauala alguna delas. Recete vero Laffarte de decimal. vend. c. 4. nu. 5. art. si aliquis ex eis incolis vendat in eo oppido rem ibi existentem, & eam tradat in alio loco, vbi alcauala debetur, debet alcauala non ei, sed quem pertinet alcauala loci traditionis, led ei ad quem pertinent tributa de Symancas: quoniam eo ipso, quod in eo opido res ibi existent vendit, & proper traditionem in alio loco exempta non est ea venditio a solutione alcaualae, debetur ex ea venditione in oppido, vbi celebratur venditio, & non in opido, vbi sit traditio rei vendita. Illud vero circa hunc primum cumentu obserua, eo ipso, quod res veniatur, debet alcauala gabellario, qui in eo loco tunc est, illumque pofe ilam statim exigere, nulla expedita traditio: quoniam non debetur ex traditione, sed ex venditione, vt dñp. 337. ostensum est: & hoc evenit, non est pendens ex traditione, vt intelligatur, ad cuius loci gabellario pertinet, vt pendens est in alijs, de quibus statim erit ferm.

Secundus evenitus est, quando res existens in uno loco, venditur in alio diuerso, & traditur in eo loco vbi fuit venditio celebratur: nunc enim alcauala debet gabellario loci, in quo vendita & tradita est res, non vero gabellario loci, in quo erat res tempore venditionis. Hic evenitus confat ex illis verbis legis, 5. art. 17. libro nono, noua collectio, quae sic habet. Alcauala de todos los bienes muebles se pague en el lugar donde se celebra la venta, entreyandose en el lo que se uende. Qui vero, nisi in co loco fieret etiā traditio, alcauala non debetur gabellario eius loci vt ex eadem lege confat, & ex dendis erit manifestum, utique, facta venditione in loco diuerso ab eo, in quo est res vendita, pendens est a traditione futura, vt intelligatur, ad cuius loci gabellarium alcauala pertinet. Quia tamen alcauala non debetur ex traditione, sed ex venditione mutuo contentum est & venditio celebrata, atque eo ipso, quod ita celebratur est, vt dñp. 337. est ostensum, utique sequitur postea traditione, non debetur gabellario, qui ueritatem traditio, etiā traditio in eo loco, vno, & alio tempore. Ita Laffarte vbi sup. nu. 6. Qui nu. 7. ab hoc secundo evenitu excipit, quando res, que erat in loco non immuni ab alcauala, venditur & traditur in loco immuni, qualis tunc folui debet alcauala in loco non immuni, vbi erat tempore venditionis; lxx. l. 4. tit. 20. lib. 9. noua collectio, exceptis quibusdam locis immunitibus ibi exceptis & commemoratis. Ceterum ibi non videatur esse fermo, quando res tempore venditionis erat in distincto loco ab eo, in quo venditur, sed de rebus, que deferuntur ad nundinas, & mercados fracos, & ibi venduntur, præcipitque folui alcaualam earum in locis; vnde defat, ad eas nundinas sunt, exceptis quibusdam locis priuilegiatis ibi commemoratis. Eam legem video.

Tertius evenitus est. Quando contractus venditionis celebratur in uno loco, re vendita exsistente tunc in alio, si traditio fiat in loco, in quo res tunc erat, ibi debetur alcauala, & non in loco, vbi celebratur

tus fuit contractus venditionis. Ita disponit l. 5. re A Iata illis verbis. Pero si en un lugar se vendiere la cosa mueble, que estuviere en otro mandamos, que entregandose en el lugar de estuviere, se pague alii el alcualda. Quamvis enim ex contractu celebrato per mutuum contentum debeatur alcuala & non ex traditione: eaque de canta, iuxta dicta disp. 337. soluenda alcuala est in loco contractus vidatas tamen fraudes volunt. l. 5. relata, vt quando res tempore contra eius est in uno loco, & ibi fuerit traditi, ibide solueretur alcuala, & non in alio diuerso, in quo celebratus est contractus. Quo fit, vt, si locus, in quo res erat, & in quo est tradita, erat immunita a soluto ne alcuala, non debeatur alcuala, etiam si locus, in quo celebratus fuit contractus, immunit non est: è contra vero, si locus, in quo celebratus fuit contractus, erat immunit, & locus, in quo erat res, & in quo fuit tradita, non erat immunit, alcuala debeatur, vt bene ait Laffarte vñ supra n. 12. Observandum tamen est, cum Laffarte ibidem n. 13, quod cū eiā in eventu de quo disputatur, debeatur alcuala ob contractum, & ex contractu ante celebratio, & non ex traditione, sed folium res & traditi inserviant, iuxta disputationem eius legis, intelligatur cuius loci gabellario debeatur alcuala, vtqz, debet gabellario loci, in quo res fuit etas & tradita sit: ceterum debebit gabellario eius loci, qui erat tempore, quo vendito in illo alio loco fuit celebra, non vero gabellario, qui fuerit tempore traditionis, si contingat in loco traditionis fuisse dexteros tempore venditionis celebrata, & tempore traditionis rei vendita. Quia tamen, antequam traditio rei vendita in eo eventu fiat, est in pendent, cuius loci gabellario debeatur alcuala, fane quinque dies lge 31. tit. 19. lib. 9. noua collect. præscripti à puncto contractus venditionis celebrati, in quibus venditor certiorum tenetare facere gabellarium de ea venditione, currere in eo eventu non incipient ante consummatam venditionem per traditionem: quia ante talem traditionem necfatur, cui gabellario alcuala sit soluenda, ac proinde ad quem sit recurrent, ut recte Laffarte ibidem subiungit.

Laffarte vñ supra, n. 15. arbitratu, si vñ dñm res, que non est in hoc regno celebratur in hoc regno, tradenda extra hoc regnum, vñ illa est, putā in Aragonia, vñ alcuala non debeatur, in Gallia, aut in Italia, debeatur alcuala in hoc regno, in loco cuius rei vendito fuit celebrata, fuit ab hominibus hunc regni sive ab exercitu. Dicunt, quoniam re vera ex folio contractu venditionis debetur in hoc regno alcuala, eique contractu, nudo contentu perfecto, hoc tributum est impotitus: & quamvis, quando res tempore contractus erat in alio loco, & traditio ibidem subsequetur, præcipiat, vt alcuala soluatur, non gabellario loci, in quo est tradit, est contractus, sed loci in quo est res, & fit traditio, id intelligendum est, quando res est in eodem regno, non vero, quando est in alio: quo fit, vt in cunctu, de quo dñ spuamus, alcuala ex contractu venditionis celebrata in hoc regno, debeatur in hoc regno in loco, vñ celebra, utrū contractus. E contrario vero vult, si vendito celebratur in alio regno, de re sita in hoc atque tradenda vñ illa est, non debeatur alcuala. Ego vero potius in vitro eventu dicere conteria. Quoniam alcuala videatur per epichemam imposta venditionibus ex rebus, que sunt in hoc regno, saltem tempore traditionis, non vero de rebus, que neque sunt, neque traduntur, in hoc regno, quoniam id non videbatur postulare recta ratio: & quoniam hanc fuisse mentem institutionis huius tributi, latif confit ex l. 5. relata, quod res mobiles, iuxta quam contrarium est dicendum in vitro eventu: & quo ad res immobiles constabit ex inferius subiungiendis,

Si tamen res est in loco ditionis Hispaniarum, ad quem se extendunt leges Castellanæ de alcuala, tune, et res est in uno regno, & vendito celebratur in alio eiusdem ditionis, perinde estet iudicandum de alcuala, in quo eorum locorum debetur, ac si res est in una ciuitate, & vendito celebratur in alia eiusdem regni, vt si res hic est Conchas, & vendito celebratur Hispaniæ.

Quartus eventus est. Quando res tempore venditionis era in uno loco, & vendito celebratur est in alio & conuenit, vt traditio fieret in quadam tertio loco distincto ab illis alijs duobus, tunc alcuala debetur in loco, in quo res erat tempore venditionis; & non in loco, in quo vendito fuit celebrata, neque in loco destinato ad traditionem rei vendita. Excepitur, si alcuala pertinebat Regem, & locus, in quo res vendita erat tempore venditionis, exemptus erat à solutione alcuale: nam tunc debetur in loco destinato ad traditionem: nisi alcuala eius loci pertinet ad alium dominum, quam ad Regem: nam tunc presumptione iuris & de iure, definita presuma traditio in eo loco in fraude alcuale Regis: atque tunc præcipiat folium alcuala in loco, in quo alcuala a Regem pertineant, qui huic fuerit vicinus, & in penam fraudis illius presumptæ, statuit, vt in eo viciniiori loco quadruplicem alcuale soluat, & vt id exceptioni mandari curat index eius loci vicinioris, in quo in eo eventu alcuala est folium. Hic quartus cūtus cum dubiis exceptionibus, additis, habetur perspicuus. l. 5. relata ab illis verbis; *Mas lo que se uende no se en el lugar a do se haze la uenta, vi que ad finem legis.* Quo loco obserua, quartum hunc eventum, vt scilicet in eo alcuala soluat in loco, in quo erat res vendita tempore traditionis, effe vniuersalem, siue alcuala illius pertinet ad Regem, siue ad quenquam alium, neque aliquam pati exceptionem, nisi quando est exemptus, & excepta exemptione, alcuala debeatur pertinente ad Regem: nam tunc in Regis factorem, sanctum est, vt alcuala soluatur in loco destinato ad traditionem: quod intelligi, nisi similiter sit exemptus: nam tunc alcuala omnino non debeatur. In his contentum Laffarte vñ supra n. 16, qui multis casis disputat. Et recte num. 19. ait, quando locus, in quo erat res, immunit erat ab alcuala, atque destinando ibi traditionem, venditor effet omnino immunit ab ea soluenda, dicens effe, præsumi fraudem in venditore, definiante traditionem in loco, in quo alcuala ad dominum aliquem particularē spectat, ac proinde illi tunc imponi ratione eius cupra penam quadruplicem: quia potius est præsumenda commoditas emporis, aut venditoris, ex traditione in eo loco. Atque ego iudicem abrogandam esse, non folium, em penam, tanquam iniustam vñ potius impositam ob culpam, cu ius nulla extar legitima præsumptio, fed etiam abrogandam esse totam eam limitationem ei quarto cūtui appositam.

Dubium. *Quid si res tempore celebratur venditionis, sit in uno loco, & vendito celebratur in alio, neque deueniatur ad traditionem, quia fortè emporis illam remittit venditor, aut refusa fuit contra dictus ante traditionem, aut res ante traditionem patitur.* Laffarte ubi supra n. 21. arbitratu, soluenda tunc effe alcualam in loco celebratur venditionis, & non in loco ubi erat res vendita: quoniam alcuala debeatur ex contractu, neque est expremum, ut in eo eventu alcuala soluatur in loco, in quo res vendita erat tempore contractus. Contrarium existimmo utrum, soluenda uidelicet effe in loco, in quo erat res vendita. Atque in primis, si tempore venditionis couenienter, ut tradetur in loco celebratur venditionis, tunc unque in eo loco soluenda estet alcuala: neque de hoc cunctu loquuntur est Laffarte. Si item conuenit,

## Decisio.

venit, ut tradetur in loco, in quo erat res vendita, neque deueniatur est ad traditionem, in eo sanè cric soluenda. Si autem conuenit, ut tradetur in tertio loco, neque locus, in quo erat res vendita, immunit erat à solutione alcuale, sanè effo ad traditionem tunc non deueniatur, folium alcuala debet in loco, vñ erat res vendita, idque est, quod decideret expreſe videtur lex 5. relata in ultima sui parte: neque tunc traditio actualis in tertio loco, impedit, quod minus locus rei praेferatur loco contractus, quod soluionem alcuale in eo: quare neque impeditur debet, esto ad traditionem in eo loco non sit deuenitum.

Quando autem locus, in quo erat res vendita, erat exemplum ab alcuala, & locus destinatus ad traditionem, exemplum non erat, tunc quoniam eo ipso, quod ita conuenit fuit, alcuala debeatur in loco, in quo destinata est traditio, credo in eo debere folium, effo ad traditionem non sit deuenitum. Quando autem nullus de traditione fuit conuenit, credo locum, in quo res erat tempore celebrationis contractus, praeterendum esse, quod solutionem alcuale in eo, loco celebrationis contractus. Tum quoniam veritatis est, traditionem futuram sicut potius in eo, quam in loco celebrationis contractus. Tum etiam quoniam quando traditio fit in tertio loco, locus, in quo erat res, praeter loco celebrationis contractus, vt vlt. par. legis 5. relata constat, cum tam traditio tunc non magis vni aliorum locorum fauet, quam alteri: ergo, ceteris paribus, locus, in quo erat res tempore celebratur venditionis, praeter loco venditionis celebratur.

Laffarte vñ supra n. 23. cum Baldo, obseruat. Si vendito per nuncium, aut epistolam, perficiatur inter absentes, vt disp. 337. poise perfici est offensum, tunc in eo loco censeri celebraram, venditionem, ad effectum, vt ex parte loci, in quo fuit celebrata juxta haecens dicta, intelligatur, ad quem gabellarium alcuala pertinet, in quo vtriusque confensum interuenit nuncius, aut epistola, coniungitur, arque exprimitur. Vnde si per procuratorem suum, aut mandatarium, ad eum celebrandum contractum nomine ipsius, vñ absens celebet contractum cum alio, vtique in loco, in quo procurat, aut mandatarius, exprimit confensum, existente ibi alio, qui simul confensum suum exprimit, censetur celebratus contractus. Idem est, si ibi vñque absens exprimit confensum per ipsum procuratorem, aut mandatarium. Qd si per internum, qui solum referat voluntatem & confensum alterius, solumque proinde subeat ratione merci nunciei, vel per epistolam, qui confensum similiiter explicit, contractus celebratur, Laffarte ait, censeri celebratum in loco, in quo, accepto ita nuncio, aut epistola, alter consentit. Ego vero multū dubito. Etenim confensus debet deuenire ad notitiam alterius, ut perfcitur venditio, quando alium non substituit loco sui, qui cum confensum acceptaret: eaque de causa venditio perfici ac consummari censetur in loco, in quo ultimo recipitur mutuus alterius confensus. Hoc tamen aliorum iudicio relinquo plenus definendum.

E Quod vñus, credens eam esse voluntatem absentes, vendit rem illius in uno loco, aut eam nomine illius emit, & postea sequitur ratificatione absentes in alio diuerso loco, dubium est, in quo istorum duorum locorum censetur facta venditio ad effectum, vt vñ haecens dicta, intelligatur ad quem gabellarium, ratione loci contractus, alcuala pertinet. Laffarte vñ supra n. 24, confitetur ad quandam ciuitatem auctoris opinionem, quam disp. 337. retulimus, ac impugnamus, affuerat, censeti celebratam venditionem in loco ratificatione: quoniam a ratificatione pendebitur contractus, ut est validus ac firmus. Contrarium vero est dicendum, iuxta ea quae disputatio

A ne citata explicata sunt. Ratio autem est, quoniam ratificatione solum est conditio, sine qua contractus ante celebratus non erat validus, seu à qua pendebat, vt à principio esset validus, sequutaque proinde ratificatione, retrogradiatur, vt contractus a principio, & in loco, in quo fuit celebratus, fuerit validus ac firmus: quare, legeuita ratificatione, in illo alio censetur perfectus, atque a puncō, in quo in eo fuit celebratus, atque adeo ibi ex parte loci debetur alcuala, vt satis liquet ex natura ipsa ratificationis, & ex iis, quæ disp. 337. dicta sunt.

B Dubium est, si res existens in uno loco, vendatur in alio, & per clausum constituti vendor in loco celebrati contractus se constituit possidere nomine emptoris, atque adeo per eum actum factum posse, quoniam illi tradat, censetur res tradita in loco venditionis ad effectum, vt in eo potius, quam in loco, ubi res vendita erat tempore venditionis, debeatur alcuala. Merito Laffarte ubi supra n. 25, negat. Quoniam in lege 5. relata sermo est de traditione uestra & reali, quæ adhuc reflat facienda, translata possessione in emptore per eum actum factum, ut in materia de maioribus dictum est, quaque sola est uera traditio. Adde, per eum contractum transferri inemptorem possitatem solam ciuitati rei existenti in alio loco, non uero tradi ipsam rem in loco celebrati contractus, de qua traditio sermo est lege 5. relata.

C Illud est obseruandum, quamvis ut dictum est al cedula regulariter non debeatur in loco traditionis rei vendita, aut eam traditionem constituto, qn dictum est a loco, in quo celebrata fuit venditio, & à loco, in quo erat res tempore venditionis; nihil minus in contractibus, quando res promissa fuit tradita, aut soluta, in loco diuerso ab eo, in quo celebratus fuit contractus, exigendam est in loco destinato ad eam traditionem, & coram indice eius loci, non vero in loco, vñ celebratus fuit contractus. Ita habetur i. contraxisse ff. de actionib. & oblig. l. 2. ff. 1. lib. 9. noua collect. quae sic habet. Mandamus, que el alcuala de los bienes de razas que se vendieren se trocaré se pague en el lugar donde estuviere los bienes. Laffarte vñ supra n. 24, collect. quae sic habet. Mandamus, que el alcuala de los bienes de razas que se vendieren se trocaré se pague en el lugar donde estuviere los bienes. Laffarte vñ supra n. 24, collect. quae sic habet. Mandamus, que el alcuala de las heredades, que los vecinos de la ciudad de Sevilla vendieren, se trocaré en la dicha ciudad y su tierra, y en los señores de el. Axarafe, y rívera, así a vecinos de la dicha ciudad de Sevilla, como de otras que elquier partes, sea para los arrendadores de las alcuelas de la dicha ciudad de Sevilla, y no para los arrendadores de los lugares de estuviere las tales heredades.

D Quod bona immobilia venduntur, aut permittantur, alcuala soluenda est in loco, vñ tales res sita sunt, non vero vñ celebra fuit venditio, si in loco diuerso fuit celebra. Ita habetur l. 9. tit. 17. lib. 9. noua collect. quae sic habet. Mandamus, que el alcuala de los bienes de razas que se vendieren se trocaré se pague en el lugar donde estuviere los bienes. Laffarte vñ supra n. 24, collect. quae sic habet. Mandamus, que el alcuala de las heredades, que los vecinos de la ciudad de Sevilla vendieren, se trocaré en la dicha ciudad y su tierra, y en los señores de el. Axarafe, y rívera, así a vecinos de la dicha ciudad de Sevilla, como de otras que elquier partes, sea para los arrendadores de las alcuelas de la dicha ciudad de Sevilla, y no para los arrendadores de los lugares de estuviere las tales heredades.

E Nomine bonorum immobilium, etiam quae cum immobiliis computantur, intelliguntur utræcumque lege 9. vi felicit in loco, vñ illa fuerint, alcuala soluatur; vt si vendatur, aut permittetur vñ fructus fundi alii, & fierint talis, aut annuis censu in re immobili in

in quo sicut et res immobiles, cuius haec sunt veluti partes; & in quibus haec collocantur. Ita Laffartet vbi supra a num. 40. & nos copiose disputa: 3. 8. diximus, ex venditione, ac permutatione ceteris realis, debet acaualam in loco, in quo sunt res immobiles, super quas collocatur, aut est collocatus: & quando collocatur in diversis rebus, varijs in locis existentibus debet in omnibus eis locis.

debet in alijs locis. Lege que ibi dicta sunt.

Dubium est, si vēdantur arbores aliquos, solo adhuc affixæ; num venditio illa centenda sit rerum immobilem, ut acauala pertineat ad conditorem aliam a hereditatum; & vt venditio illa, quoad acaualam, sequatur regulas venditionis rerum immobilem: an vero venditio illa centenda sit rerum mobilium? Plante quippe, dum adhuc solo fuit affixa, partes rerum immobilem celerant, dominiumque earum ad dominum soli spectat, vt saepius hoc fecit tractatus dictus est, esto abusus emptione ius habeas excedens, ita quoque separacione efficiendi. Placet vero sententia Laffartet vbi supra num. 13. cum Tiraquello: Nempe si arbore illa vendantur, vt excidantur, a folio separantur, & sicut res mobiles, arce emuntur, venditionem illam centendam esse rerum mobilium perinde atque quando fructus pendentes venduntur, vt separantur: licet enim dum emuntur & pendentes, partes sint rei immobilem, puta predij, in quo plantæ sunt affixa, separantem tamen res iustimobiles, per epithetum, etiam dum pendent, ceteri fuit enpiti, vt res mobiles, quandoquidem emuntur vt separantur, ita quoque separacione res mobiles. Si vero plantæ a folio emuntur, vt perfeuerent affixa in codem folio, indequæ fructus a mente ex illis percipiuntur, tunc emptio earum plantarum cetera est emptio rerum immobilem, partim a lacerdati, illi qui sunt affixa.

Dubium est, si vendatur actio ad rem, si rem immobilem, sive immobilem (vendi enim posse disput. 3. 40. ostensum est) vtrum centenda sit vendita res mobiles, aut immobiles & vbi centenda sit tunc res vel data. Ad hoc dicendum est, vt ex dictis dispu. 201. & 463. facile patet, non centendum esse venditam rem proprie mobiliem, aut immobiliem, sed rem incorporealem, quæ ad tertium quoddam genus rerum spectat. Atque quod ad rem patenter attinet, centendum esse vētram rem mobilem, hoc est, ius & actionem competenter creditori ad eam rem mobilem, aut immobilem, quod ius & actio in plomerum creditore illud venditare refert, ac proinde res vendita centetur illa in loco, vbi fuerit creditor ipse tempore venditionis, & cessionis talis iuri, & actionis, vt probet Laffartet vbi supra a num. 3. 6. art. Eo autem ipso, quod vendito est perfecta, atque solutum est per ipsum, transfigura vella cessione per venditorem eius actionis ius, transfigura etiam actio directa, vt dispu. 3. 40. citata comprobatum est. In quo ergo loco soluenda sit acauala talis venditionis, regulandum id est iuxta ea, que de venditione rerum mobilium dicta sunt: atq; centendum est, rem venditam esse, vbi fuerit venditor tempore celebracionis venditionis.

Quod si vendatur hereditas (vendi enim eam posse disputum fuerit dicta, dispu. 3. 40. ostensum est) tunc, cum eo ipso, quod illam vēdit, etio ante illam non adierit, ceteratur eam adire, vel eque eis hetero, aditione vero ipso compareat dominum bonorum hereditatis, vt dispu. 3. 40. ostendimus, ut quae ut probe Laffartet vbi supra num. 3. 6. art. non solum ceteratur vēdere res hereditatis incorporale, sed etiam res ipsas, que ea aditione ipsas sunt quoad dominium, ac proinde acauala rerum immobilem talis hereditatis, quoad valorem pretij, quod eis correspondet, debe-

atur in loco ubi fuerint res illæ immobiles (quemadmodum ad retraham in hoc regno rerum immobilem, quando uenita est hereditas, diffinguntur in hereditate uenitas res immobiles ab rebus mobiliis, ut in solis immobilebus habeat locum retrahens) acauala vero rerum mobilium emfitem hereditatis, periret ad locum, aut ad loca, vel celebraret uenditionis, vel ad tempore uenditionis littera, aut ubi tradita emptori fuerit, iuxta regulas supra traditas circa uenditionem rerum mobilium.

Iuxta hanc, que de hereditate uenita dicta sunt, vult Laffartet vbi supra num. 40. Sis, ut rei uicidatio compicit, quia dominium rei, quam aliam possideret, ad speciat, vendat cuidam tertio eam rei uenditionis actionem, quæ non fecus vendi potest, ac cetera actiones, tunc, ad intelligentiam cuius loci gabelliarum speciat acauala eius uenditionis, non ceterum ad actionem incorporate, que uēditur, & ad locum, in quo est uenditor, quando illa uenit a cedit emptori, iuxta ea, quæ uniuersitatem actionum uenditionis cum hoc codem autore dicta sunt supra: sed attendendum est, ad locum rei, quæ est uendicanda, nempe ubi existat tempore, quo celebra est uenditio actionis, quæ res ipsa sit vendita, & ad locum, in quo fuit illam tradita, iuxta ea, quæ de rebus hereditariis proximè dicta sunt, quæ hereditas fuit uenita. Dicitur quoniam emptor tamen actionis, non consequitur dominium rei uendicanda, quod erant apud uenditorem, ante traditionem rei uendicandæ, & quando ea traditione illud consequitur, non consequitur illud ab eo, de cuius potestate extrahitur, & qui eam tradit, sed a venditore titulo emptionis, atq; cessionis eius actionis, codice emptoris. Contrarium existime oī dicendum, neque excepientdam non ceteram actionem rei mendicandæ a numero actionum uniuersim, quod doctrinæ de eis uenit traditam. Neq; est easdem rō de hereditate adiuta, ac centenda, & de actione rei uendicandæ. Etiam, quando adita hereditas est uenita, dominium rerum hereditiarum pertinet ad uenditorem ipse celebra uenditionis, & posselli etiā, si illam apprehendit quod si nondum eam apprehendit, nullus tunc erat possello, sed ad hereditatem, qui hereditatem vendidit, pertinebat eam apprehendere, & facta uenditionis, & cessione hereditatis in empto est, pertinet ad emptorē eam apprehendere, nō extrahendo illam de potestate alterius, sed uenditore ipso illam tradente: quare res ipse hereditatis simul venduntur, tradenda ab ipso uenditore, sive ipsa illa iam possidet, sive non. Quod si alius possidet hereditatis apprehendit, tanquam fuit, & legitimus heres eā adiūtet, ac uenit ueritatem cūdā tertio, & cessionis eiūdūs sum, ut fieri illam extraheret de potestate alterius, tunc non centeretur uenditores hereditatis, sed sola hereditatis incorporalis, & actio ad res illas, atque tunc idem dicendum est, de hereditate uenit, quod de actionibus uenitis supradictum est. Quando autem rei uenditione uenit, solus actio venditator, & non res, quæ illi in potestate alterius, nisi removet, & in cōfite quæntia alterius, scilicet ipsius actionis, quarenuis tamen actionis restat obtinenda quoad dominium, ac possessionem, seu traditionem. Licet autē emptor cōfiteatur postea dominium rei uendicande, & titulum emptionis, atq; quatenus erat, & per feuerat, ut venditoris, traditione tamen consequitur ex tertio possello, ex quo vendicatur, & vna cōfite traditione ac possello, consequitur dominium titulum uenditionis, ac cessionis talis actionis, quod vñq; ad tale infinitas perfeuerant venditores: vnde, quod tunc dominium non consequatur a tertio possello, nihil impedit, quod à principio, non res, sed sola rei uenditionis actio sit in eis. Hæc de acauala ex venditione.

Quod

E

Quod veritadē eam attinet, quæ ex permutatione debetur: cum non debetur, nisi ex contractu permutationis profecto: permittat vero re perficiatur, hoc est, mutua traditio vtrinque facta, vt ex vocabulo ipso permutationis liquet, & copiosè dispu. 2. 5. & 2. 5. est dictum; conseq̄ētūs profecto est, ut tempore in eodem loco concurrent, celebrari permutationis contractum, & existere rem, quæ permittatur, ac tradi, ac prouide, vt tempore in eodem loco, in quo existit ac traduntur res, quæ permittantur, debetur acauala, ut rerum immobilem, tum etiam mobilium, ac prouide vt, quod attinet ad acaualam ex permutatione, feruuntur sit, etiam in rebus mobilibus, quod legem 9. tit. 17. lib. 9. noue collecta, supra est relatione disponere circa venditionem & permutationem rerum immobilem: quin acauala non debetur, nisi quando tradita sit res vtrinque, quæ permittatur. Laffartet vbi supra n. 30. & copiosè c. 17. num. 6. iunctis antecedentibus, & frequentibus, quamvis primum admittat, quando permittatur incipit a traditione rerum, quæ permittantur, nullo precedente pacto de permittendo in futurum; quando tamen præcessit pactum, quo aliqui feastrinrent in posterum permittare res mobiles, centet ex illo pacto, attento utri huic regni, quo patrum illud nūdum, estillo vallatum non sit stipulatio, neque alii vestimento contractum, parie hodie obligacione ciuilis, neque licet ab eo ponitare, vt disputatione 2. 5. & 2. 5. est ostendit, debet acauala, perinde atque ex traditione rerum mobilium mutuo contentu confitum, ac prouide ad intelligentiam, ad cuius loci gabelliarum acauala ex eo pacto pertinet, attendendum est, ad locum, in quo erant res ex eo pacto permittenda, quando tale pactum celebratum fuit, & ad locum, in quo possest etiam rerum traditio, regule siue traditas circa venditionem rerum mobilium, similiter illæ seruandas circa ciuiulum rerum mobilium permutationem. Contra existimo verum cum Parladorio libro rerum quotidianarum cap. 3. §. 4. num. 53. Nempe illum non est permutationem, sed contractum de permittando; & cum acauala in hoc regno solum debetur ex venditione ac permutatione, non vētō ex alijs pactis, sive nominatis, sive innominitis, & sive nūdūs, sive vestitus, vtrique, sicut ex pacto de venditione in futurum, estillo vallatum sit stipulatio, ut alii contractus vestimento, non debetur acauala in hoc regno, utrūque oritur ciuilis obligatio, ac detur actio, sed vigore locum communis ius, certe, si præcederet pactum de permittendo vallatum stipulatio, aut cohærent in continentia cum alio contractu, ex quo oritur ciuilis obligatio, ac detur actio, vel est confitum in iure, ex talis pacto de permittendo in futurum, non debetur acauala: quia non est permittato, sed pactum de permittendo, ex quo non debetur acauala, nisi opere compleatur, transfratetur in consummarum permutationem, cum tamē ex illo oritur ciuilis obligatio, & detur actio, stando in iure communis: cum ergo non aliud circa pactum de permittendo in futurum, & circa alia similia pacta nuda, sancitum sit in hoc regno, vñlī p̄ ex illis oritur ciuilis obligatio & detur actio, perinde ac si vallata essent stipulatio: conseq̄ētūs pro-

Tom. III.

A facto est, vt idius peculiare huic regni, non tribuat pacto illi, vt sit permittatio, ac prouide, vt ex illo debetur acauala ante quam opere compleatur, transfratetur in permutationem perficiatur, & consummatam, ex qua solum, & ex venditione, acauala est in hoc regno, vt acauala solutatur, ac prouide vt uniuersum in hoc regno acauala ex contractu permutationis solum debetur in locis, vbi fuerint res ipsa permittata, hoc est, in locis vbi facta fuerint ipsa partim, aut quarundam earum, traditio, sive tales res mobiles sint, sive immobiles.

Vltimo loco est obseruandum cum Laffartet de decim. vend. cap. quart. numero 41. in conditione 6. conventionis regni sive facit, quando acauala in aliquo loco est ea enca besada, ita quod ad summum conventionis contribuere debent incole, sive vicini eius loci quotannis dum conuentio illa, sive encabeamento durat, tunc, quamvis integrum sit cunctaque incole, sive vicino, transferre domicilium in alium locum, iuxta legem 9. tit. 9. libro septimo, noue collecta, si tamen illud transferat, & locus, vnde illud transferit, habet ultra trecentos vicinos, tenetur contribuere ad eam summam in unoquoque corrum oppidorum, pro rata temporis eius anni, in quo in eis habitavit. Si vero locus, vnde domicilium transferit, non habeat ultra trecentos vicinos, tunc eo anno contribuit ibi totum, quod contribuimus est, si integrum eo anno ibi habitat: in alio vero loco, ad quem domicilium transtulit, nihil eo anno contribuere, sed frequentibus. Quando autem domicilium mutatur in locum defertur, seruandum est circa hoc, & circa ea tributa, quæ pedidos vocant, quodl. 40. tit. 6. libro septimo, noue collecta, est facit.

### D I S P V T . 677.

Quando aliquis rem alterius vendit, permittat, aportat, aut extrahit, quis ad acaualam, vel alterius tributi solutio- nem teneat.

### S V M M A R I V M .

1. Acauala tenet solum est, cuius nomine ac praescriptores vendit, aut permittatur. Si autem rem venditor, aut permittator, ex cōd. mandatū quod exsuum tenetur ipse etiam solvere. Tabernari tamen quando vinum persona ab acauala non excepto vendit, perinde tenetur eam solvere, ac si sūmū est vinum.

2. Acauala non debet exceptum uendens, aut permittans, per non exceptum, nec debet uigilat ex parte, quam per eum aportat, aut extrahit. Econtra vero ea tributa debet non exceptus, qui per exceptum exerceat.

3. Acauala quantumitatē retinere tenetur emptor ex alienigena quoniamque sibi consit, solutam eis gabellario, etiam in insula, emptore id sciente, uendat rem alienigena. Emptore vero id ignorante, incolam tenetur.

4. Acauala debet est, sub cuius rei habitatione res illius uendit, stratamente uendit, non posse habeat. Si vero ratam illam non habeat, nullus acauala debet, etio uenditor de rato emptori excedit.

5. Vendens, aut permittans, rem alienam ut suam, ad acaualam tenet, si emptor ignorabat alienam ejus. Si id iebat, contratu est nullus, acauala non debetur.

Bb Res